



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catalogus Episcoporum Hildesiensium

Letzner, Johannes

Hildesheim, [ca. 1690]

XLI. Bernardus II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64252)

Cathedralis Canonicus & Cellerarius, Clero ad aliquam veteris disciplinae formam reducendo, Sacellum S. Antonii cum imminente dormitorio construxit, Anno 1443. sed sine frustratus. Approbante Magno Eghardus ab Hanensehe Cathedralis Præpositus novam Civitatem hactenus solo muro cinctam, vallo & fossâ communivit, ab Anno 1450. ad 1461. Deniq; senio & laboribus confectus, & nominis omen implens, cum 17. numeraret Dynastias, & 28. Annis Diœcesin optimè rexisset, & Coadjutorem admisisset, piè obdormivit Anno 1452. 21. Septembris in navi Cathedralis Ecclesiæ sepultus.

XLI. BERNARDUS II. Dux Lunæburgicus è Coadjutore, Magni in Episcopatu successor, sexennio præfuit, cumque sacrorum ordinum adhuc expertus esset, ac secularis vitæ potiùs, quam Ecclesiasticæ amore teneretur, dimisso Episcopatu, Anno 1459 Mechthildem filiam Ottonis Comitis Schowenburgensis, uxorem duxit, Anno 1463. à qua tamen intra anni spatium per mortem avulsus est.

XLII. ERNESTUS I. Ottonis Comitis Schowenburgici Filius, Mechtildis prædictæ Frater, nullis sacris ordinibus initiatus 12. Annis administravit Diœcesin, à Friderico Duce Brunswicensi in prælio fufus, fugatusq; in morbum lethalem dejectus, nullis Ecclesiæ Sacramentis præmunitus, æternitatem ingressus est. Anno 1471. 22. Julii. Ad Altare S. Petri prope Sacristiam tumulatus.

XLIII. HENNINGUS. Dictus de Domo, vir probitate, gravitate, modestiâ, eruditione & corporis proceritate præcellens, è Decano Cathedrali,
plu-